Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26181
Copyright: Admont, Benediktinerstift

bere· nouerit iam non eum seruum s; fratrem· ut in omnib; perfectus inueniatur·

Qualiter peregrini et hospites suscipiantur.

VENIENTIB; peregrinis 7 hospitib; nullus nisi unus cui cura
fuerit iniuncta· occurrat ut responsum det uenienti· non lice
bit ei orare nec pacem offerre nisi primum uideatur ab eo qui preest
7 oratione simul peracta· sequantur ordinem suum pacis officium red
dere. Nec licebit alicui cum superueniente sermocinari nisi soli qui
preest· et quoscumq; uoluerit. Uenientib; uero ad refectionem non licebit
peregrino fratri cum fratrib; manducare· nisi cum eo qui preest ut possit
edificari· nulli licebit loqui· nec alicuius audiatur sermo nisi di
uinus· qui ex pagina profertur· et eius qui preest· ut quib; iusserit
loqui ut aliquid dicto conueniat· Pafnutius dixit.

MAGNA 7 utilia ad animę salutem dicta sunt omnia· nec hoc
tacendum qualiter ieiuniorum ordo tenendus sit· nec aliud fir
mum testimonium conuenit nisi in eo quod dicit· ~~petrus~~ 7 iohes ascen
debant in templum· ad horam orationis nonam. Debet ergo iste ordo
teneri· ut nullo die in monasterio nisi nona reficiatur· excepto
dominico die. Die autem dominica non nisi deo uacetur· Nulla operatio in eo die compleatur·
nisi tantum ymnis et psalmis 7 canticis spiritalib; dies transigatur·

Qualiter debeant fratres operari.

DEBET ergo iste ordo teneri· ut a prima usq; horam tertiam deo uacetur·
a tertia uero usq; ad horam nonam quicquid iniungitur sine aliqua mur
muratione suscipiatur· Meminere debent hi quib; iniungitur dictum apostoli
omnia quę facitis sine murmuratione facite· timere debent illud dictum
terribile· nolite murmurare sicut quidam eorum murmurauerunt· 7 ab exter
minatore perierunt. Debet autem qui preest opus quod faciendum est uni iniungere·
ut ceteri eius precepto cui iniunctum fuerit obediant· cognoscenda sit.

Qualiter infirmitas uel inpossibilitas corporis ab eo qui preest

SIQUIS EX fratrib; pecunia ut opera manuum grauatur· quia
apostolus dicit operantes manib; nostris· neque uirum grauaremus.
Is qui talis fuerit infirmitate obsessus· prouidendum est ab eo qui preest
qualiter ipsa infirmitas sustentetur· Quod si infirmus est ani
mo huiuscemodi frater frequentius oportet operari· considerans
apostolum qualiter corpus suum in seruitutem redegerit· hoc autem
obseruandum est ut in nullo uoluntatem suam faciat·

Qualiter officiis mutuis fratres se preueniant.